



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

38 Feuda, quando dependent immediatè, & principaliter à camera
Apostolica, in casu devolutionis non possunt amplius infeudari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

statu de non alienando, inconsulto Romano Pontifice, quia non videtur nova alienatio, ex quo à principio fuit sancitum, ut illa bona darentur in feudum, ut ibi per Abb. eodem num. 2. & quia feuda non possunt dici de mensa, cum alius percipiat fructus, & habeat utile dominium, directo penes Prælatum remanente, & de novo ad Ecclesiam reversis, est permessa nova infeudatio. Innocent. in cap. super, post med: de reb. Eccles. non alienan. & gloss. in Clement. unic. in ver. ad mensam, de excess. præl. & ibi Abb. num. 12. quæ tamen jura fuerunt correctæ in pluribus, tam per extravag. Ambitiosa, de reb. Eccles. non alienan. q. à vi per dictam constitutionem Pii V. & confirmationem Innocent. IX. de quibus

38 supra: quia, aut illa feuda † dependent immediatè, & principaliter à Camera Apostolica, à qua feudatarii fuerunt investiti, & tunc in casu devolutionis, absque ulteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione sunt eo ipso Sedi, & Camera Apostolicæ incorporata, ac ad jus, & dominium pristinum, & possessionem reversa, ut sunt verba expressa ejusdem Constitutionis Pii V. & Innocent. IX. de quorum potestate non est ambigendum; quia Papa est omnium bonorum ecclesiasticorum summus administrator. Innocent. in cap. non erit, de sentent. excomm. Abb. in cap. constitutus, num. 13, de relig. dom. & Navarr. de spol. cler. §. 9, num. 2, cum aliis citatis supra, paulo post prinè.

39 Aut vasalli non capiunt † investituram à Sede Apostolica, sed ab Episcopo, & eo casu, aut devolvuntur terræ, castra, oppida, vel loca etiam mediatè Sedi A-

postolicæ subiecta, & tunc etiam, quòd meventur à directo dominio mensarum Episcopaliū, Abbatialium, aut aliarum Ecclesiarum, & quòd decedentes consueti fuerint infeudari à Prælatis earundem Ecclesiarum, quòd de sic devolutis non possent novo feudum disponere per declarationem, & ampliacionem ejusdem Innoc. IX. ibi, prohibitam fuisse, & prohiberi omnem, & quamcunque infeudacionem, ac alienacionem civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Sedi Apostolicæ, tam mediatè, quàm immediatè subiectorum, & si de illis in feudum, aut aliàs quomodolibet disponunt investituræ, & dispositiones tanquam contra formam, & dispositionem dictarum constitutionum factæ, sunt ipso jure nullæ, ut in d. extravag. Ambitiosa. §. si quis autem.

40 Potest tamen Prælatus hoc casu † declarare caducitatem, & dominium utile cum directo Ecclesiæ esse consolidatum, quæ declaratio requiritur, cum res feudalis intelligatur reverti, etiam ob aliquod maleficium commissum, si dominus voluerit, & declaraverit, & non aliàs, gloss. in l. 2. & ibi Bar. ff. si ager vetus, vel emphyt. & Jus. post Abb. Sal. Jo. de Imol. & Alexand. quos citat in l. 2, c. de jur. emphyt. num. 6, 8. & 9. & tunc mensæ Ecclesiæ acquiritur, & incorporatur. Nec Camera & Sedi Apostolicæ devolvitur infeudatio, cui per dictas constitutiones in eventum devolutionis non repetiuntur feuda reservata, nec præsumitur, quia reservationes † sunt odiosæ, & strictè intelligendæ, gloss. in cap. presenti, in ver. finitur, post medium, de off. leg. in 6. Cassad. decis. 30